Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

[Multispektrale Aufnahme von fol. 40r]

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

ybus eius. Usque ad herodem
alienigenam regem qui per ambitiosam
regni inrepserit potestatem.
Statim enim ut hoc factum est de-
fecit dux de semine iuda. Advenit
ille qui mittendus est quem gen-
tes et populi expectabant. Iudei
autem pervicatia inpudice frontis
dicunt nondum esse tempus et
placitum messiae et nesciunt. quem
regem et gentem iudei in hac terre
misonentis partibus regnum tene-
re. nec cedendum regnum tenere
facti simulationis suae mendacium.
. Quia ita sic nullum templum. nullum
altare nullum sacrificium. Ita
nullus rex nullus sacerdos reman-
sit iudeis. Neque enim mendax esse
potest. osee propheta. qui dicit sede-
bunt filii israhel sine rege sine
principe sine sacrificio sine altari
sine sacerdotio sine manifestationibus,

que omnia. Quis non videt ... nunc in ipsis
esse completa.

X. QUIA XPS DE STIRPE DAVID ESSET.

Ecce et qua tribu nasciturus
esset christus docemur. Ex david autem
stirpe secundum carnem futurus esse
per spiritum sanctum pronuntiatus est in psalmis.
Iuravit dominus david veritatem et non
frustrabitur eum. de fructu
ventris tui ponam super sedem tuam.
Semel iuravi in sancto meo si david men-
tiar. semen eius in aeternum manebit.
et thronus eius sicut sol in conspectu
meo et sicut luna perfecta in aeternum
manebit. et testis in celo fidelis. Item
in libro paralipomenon. et factum est
verbum domini ad nathan dicens. Vade
et dic servo meo david. Haec dicit dominus
adnuntio tibi quod aedificaturus sis
domum tibi dominus. Cumque impleveris dies
tuos. ut vadas ad patres tuos. Suscitabo
semen tuum post te. quod erit de filiis tuis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Suscipe dne munera que in eius tibi solle
mnitate deferimus cuius nos fore pa
trocinio liberemur. P
Beati apostoli tui euangeliste iohan
nis ueneranda natalitia recolentes
Qui dni nri xpi filii tui uocatione suscepta
terrenum respuit patrem ut posset inue
nire caelestem. Adeptus in regno caelorum se
dem apostolice culminis qui tantum recta
carnalis contempsit genitoris quique ab
unigenito tuo sic familiaris est dilectus
et inmense gratie muneribus adprobatur
ut eundem dnm in cruce iam positus uicariu
sue matri uirginem filium subrogaret quate
nus beate genetricis integritati probati di
lecti uirginitas deseruiret. Nam et in mi
stici secreti conuiuio super ipsum uite
fontem aeternum pectus saluat recubu
it saluatoris de quo perenniter ma
nantis caelestis fluenta doctrine
tam profundis ac misticis est reuelationib;
inspiratus ut omnem transgrediens crea
turam excelsa mente conspiceret et euan
gelica uoce proferret quod in prin erat uer
bum.
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg